Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26896
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Perfusus ungento. intrauit cubiculum in quo tyrannum non esse
diligenter agnouerat. Tyrannicida uero ne tyrannum inue
niret optauit. ducat tyrannicida in arcem. Tyrannus non
uxor: odium non amor: ascensurus ferat animum. ferat ferrum.
eat illo ubi inueniat tyrannum. Omnia honesta opera uolun
tas inchoat. occasio perficit. Sepe honorata uirtus est. et ubi
eam fefellit exitus scelera quoque citius quamuis exitum subsedint pu
niuntur. Nec infelix uirtus amittit glorie titulum. nec gloria
uirtutis intercipit fortuita felicitas. Numquam maiorum nostrorum
prudentia tantis muneribus tyrannicidium emeret. si
illud et libido permitteret. Nouo inauditoque more pug
nabant tyrannicida pro adulterio. et tyrannus pro pudici
cia. Occidisti tu maritum. fortuna tyrannum. Tyran
num cadere rei. P. uolo. occidat eum ciuis iratus. Misceat
maledicta uulneribus qualia in adulterium maritus attulerat.
Ab adulterio osculum ad premium curris. nolo tyrannicida
imitatur antequam occidat tyrannum. Populus romanus uene
no uinci hostem noluit. perditione uoluit. Honora
bo subitum tyrannicidam. non honorabo fortuitum.
non coactum. Altera Pars.

Non habebas inquit ferrum. Quid enim tyranno pro
fuit quod habuit. In eo qui inermis ad tyrannum uenit.
non uirtus minor est. sed periculum maius. Non queras quid in ar
cem tulerim. tyrannicidium detuli. Non est gladius meus
sed manus mea est. sed consilium. sed periculum. sed tyrannicidium
meum. adulterium uocas quo effectum est ne quis timeat ad
ulterium. Diligenter arce munita occasionem requirens
temptaui seruos. temptaui amicos. per uxorem sola
refulsit occasio. Non putaui adulterium uxorem
tyranni polluere. sic nec homicidium tyrannum
occidere. ferrum in arce ferre periculosum erat. inue